

Gazette Supplement



Encaenia 2021

Congregation

22 September

1 Conferment of Honorary Degrees

The Public Orator made the following speeches in presenting the recipients of honorary degrees at the Encaenia on Wednesday, 22 September:

Degree of Doctor of Civil Law

SECRETARY HILLARY RODHAM CLINTON

Nonne et tibi et mihi certum clarumque videtur, Insignissima Vice-Cancellaria, rerum publicarum et loca et tempora turbulente mutata esse? Habet habuitque suas vices forma illa imperii quam ‘democratiam’ vocamus. Ecce tamen socia fida, femina quae cum causae populari fortiter favet tum meminit sibi olim satis placuisse partes alteras ducesque earum leniores. Quam hodie primum honoramus, haec multa observavit post sedem imperii vel iuxta vel etiam ante eam residens. Et artibus loquendi ac scribendi apposite ad persuadendum usa eloquentia praedita est qualem quivis orator desideret. Quae enim hoc mirabile agmen prima ducit revera ‘domina prima’ emerita et praesens adest, legum prompte perita, ‘e pluribus una’. Ad honores ascendit, domui tamen nil minus quam reipublicae ministrans servavit. Quae in libris eis lepidus de Domo Alba nobis memoravit haec legimus ut illum coetum animalium hominumque pernoscamus qui tum eas aedes candidas colebant. Item eis efficienter consuluit quae aetati tenerae debemus, ut nostri iuvenes vita felicitatis ac salutis cives fruantur; necnon videtur intellexisse quantum valeant, quamdiu prosint nobis, venia et patientia. Uno modo loco, ut puto, alii cuidam, vel potius duabus aliis, etsi insigniter secuta, cedit: sed sicut illa prima quae antecessit, et haec intellegit quomodo legationibus susceptis iura civium solum ita conservanda sint dummodo morum instituta teneantur; ubi enim haec respuuntur, ibi vulgi turbatores imminet, respublica deficit. Ne nos praetereat quod iamdudum Thomas quidam, ipse talem magistratum ingressus, dixit: ‘Tanti interdum est potestati repugnare, ut velim ipsam vim repugnantiae in aeternum vivam alamus.’

Praesento senatus columnen et sociam, quae ‘Voces Animatas’ ducit, prolem eorum qui Μεθόδους Ioannis cuiusdam secuti nos monent ut ‘omni modo omnia faciamus quae bona possimus’, Hilariam Rodham Clinton, Cancellariam Universitatis Reginae Belfastiae, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Iure Civili.

Admission by the Vice-Chancellor

Pro pluribus una, quae nationem tuam defendens praestitisti et factionibus obstitisti infestis, pro moribus humanis propugnatrix, ego auctoritate mea et totius Universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Iure Civili honoris causa.

Paraphrase

It is surely clear, Vice-Chancellor, to You and Me Both, that we cannot deny the political climate changes of our turbulent times. Democracy has had its ups and its downs, but behold now a steadfast ally, a redoubtable Democrat who yet remembers how once she saw virtue in those Liberal Republicans of yesteryear. We start today by honouring one who has witnessed much from behind, beside and before the seat of power. What is more, she is a persuasive writer and speaker, whose rhetoric must be the envy of any orator. For here is the first lady to lead our formidable column, one out of many, a skilled and energetic lawyer, indeed a veritable First Lady Emerita et Praesens. Here is one who has seen high office and has yet served both home and state. Her White House memoirs in those engaging books introduced us to the menagerie, animal and human, that in her time inhabited that gleaming edifice. Witness no less her leadership in protecting children’s health and legal rights, and her understanding of the enduring strengths of forbearance and forgiveness. In one respect, I will say, she cedes place of first, indeed even of second, lady in a distinguished succession. But like that first one¹ to whom she must cede, she understands that diplomacy can protect democracy only if important principle is not compromised, and she also knows that disdain for diplomacy can be a symptom of demagoguery, of decline in democracy. Let us remember what this lady’s more distant predecessor once wrote: ‘The spirit of resistance to government is so valuable on certain occasions that I wish it to be always kept alive.’²

I present a Senator, a leader of ‘Vital Voices’, a descendant of John Wesley’s converts who counsel us to ‘do all the good we can, by all the means we can’, Hillary Rodham Clinton, Chancellor of the Queen’s University, Belfast, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Civil Law.

One for many, representative and defender of your country, humanitarian and scourge of anti-democrats, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Civil Law.

¹ Madeleine Albright, U.S. Secretary of State, 1997–2001

² Thomas Jefferson to Abigail Smith Adams, February 22, 1787

Degree of Doctor of Letters

PROFESSOR LINDA COLLEY

Censuit nuper scriptor Oxoniensis historiam, per quam rebus praeteritis enucleatis tempora nostra intellegamus futurisque nos offeramus, genus moriturum inter disciplinas minimo beneficio adficere. Quam tamen meram fabulam aspernati cognovimus nos, qui feliciter superfuimus, historicos nostros insignes cum beneficia afferre tum ante omnes usui nobis esse. Adest erudita quae iam tum clare percepit gravique auctoritate docuit qualia tempora nos participes demerserint hac aetate quam olim molestam, in diem turbidiorem ipsa vocavit. Ex eis quae de hoc regno adhuc unito et de nobis Britannis investigavit, multo melius intelleximus unde orti simus qualesque fuerimus, praecipue quo tempore nonnulli sunt qui nimis, ut puto, se idcirco crucient, quonam modo gens nostra definienda esse videatur. Ecce contra quae ingenium compositum feliciter praestat; se ‘hybridam’ vocat, re ipsa tamen animum trigeminum continet, cui tigridis vires coniunxit. Haud mirum est quod consilia consociata facunde approbat, quamvis confusa sit natio nostra. Et quod etiam nunc saepe iuvat poetice cantare, nos ‘nunquam servitutis iugum passuros’ esse, haec scrutata illustravit, sed etiam, quod interdum incommodum videatur auditu, patefecit Britannos nonnunquam antehac id ipsum iugum acceptum ferre coactos esse. Hoc denique haec femina bene scit, quod nostrorum quidam iam mortuus quondam scripsit, eam quidem historiam vocare oportere quam necesse sit historicis legere. Honoramus igitur hanc cuius opera prorsum legenda esse alii permulti affirmaverunt et studiosi et qui rempublicam capessunt.

Praesento, Vice-Cancellaria, eam quam novisti Britannam excellere gravis auctoritatis, studiosam callidam, ingenio egregio praeditam, quae nos dubios et ea quae de natione dubitamus recte inter condiciones in rectam rationem revocare potest, Lindam Colley, Excellentissimi Ordinis Imperii Britannici Commendatricem, Academiae Britannicae Sociam, apud Universitatem Princetoniensem Professorem, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

Admission by the Vice-Chancellor

Clius dignissima cultrix, quam praeterita et praesentia, iamque status et leges civitatis vel scriptas vel adhuc scribendas explicantem nos sicut captivi acri animo legimus ut ad futura spectamus, ego auctoritate mea et totius Universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

Paraphrase

On January 1st 2021 an Oxford historian remarked that history, ‘which interprets the past to understand the present and confront the future, is the least rewarding discipline for a dying species’. It is, of course, a fiction.¹ We fortunate survivors find our distinguished historians not only rewarding but necessary companions. Here is a scholar who already had clear and persuasive ideas about this century of ours – a ‘nasty, increasingly volatile world’, as she once put it – and our place in it. Her studies of our still united kingdom and of us Britons tell us much about where we came from and what we have been, and this at a time when some of us worry, I believe immoderately, about our identity. Herself a happy example of composite identity – she calls herself a ‘mongrel’ but in truth embodies and unites the spirits of Wales, Ireland and Northern England as well as her adoptive American tiger-sanctuary – she argues eloquently for common purpose, however fragmented our nation becomes. Here too is one who has analysed and illuminated the much-loved poetic vow that we would never be slaves, and also revealed some uncomfortable truths of Britons well and truly enslaved in the past. As our honorand knows well, one of our own now departed Souls once wrote that good history should be ‘must reading’ for historians.² But she has been deemed a ‘must read’ by many others too, from the academy to Downing Street.

Vice-Chancellor, I present to you one you already know as an influential Briton, a clever and original scholar, one who can put us and our anguished identity problems in historical perspective, Linda Colley, CBE, FBA, Professor at Princeton University, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

Most worthy votary of Clio, whose words on both past and present, and on constitutions written and as yet unwritten we, your captive audience, keenly read as we confront the future, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

¹ P D James, *The Children of Men* (London, 1992), p13

² Lewis Namier, *Avenues of History* (London, 1952)

PROFESSOR ANNA DEAVERE SMITH

*Homo sum: humani nil a me alienum puto.*¹

Per annales equidem rerum gestarum rationes consideramus; nonne tamen Musis artes agitantibus, et inter eas theatrales, vitam humanam animo attentissimo reputabimus? Quam bene locutus est scriptor ille Romanus et ipse quondam servus. Quae adstat, haec ingenio usa artibusque scribendi vel in scaena agendi vel actores docendi illam reputationem intentissime atque acerrime fovet. Forsitan administrantes nostri Musis auxilio esse debeant, haec tamen institit certe administrationi opus esse Musarum beneficio. Ex verbis revera auditis concepit, prima produxit, nomine appellavit eam societatem qua inaudito ac vivido modo vires vitae cotidianae coniunxit et eas quae in scaena spectatae amplius animantur. Itaque et tempus quoddam prioris ‘Coronae’ revocamus et urbem eo tempore minus angelicam; tum enim civium summa dissensione iactatorum haec omni cuique parti facultatem dabat ut per suam narrationem vox eorum audiretur. Ceterum si volumus res illius populi memorare – immo his res addamus cuiuscumque nationis – necesse est, ut haec dicat, ita disserere ut voces omnium ordinum, omnium generum, civitatis denique omnium partium et virorum et feminarum recipiantur. Nec tamen narratio per se ipsa sufficit, neque ipsa cognitio. Haec et in scaena et in academia ad agendum provocat. ‘Observationibus’ eius notatis efficiamus ut non tantum percipiatur sed tandem evertatur id momentum inexorabile quo iuvenes ex ludis in carcerem adducantur. Eadem in studium linguarum scientiae puella incumberebat, omnemque fere linguam discere volebat ut generi hominum beneficio prodesset; hodie tamen praesento eam iam adultam quae idem sane anglica facundia usa efficit, cuius in fabulis plerumque indignatio iam in exordio percipitur, deinde maestitia nobis oblata denique vim veniae vel etiam amoris sentimus, Annam Deavere Smith, apud Universitatem Neo-Eboracensem professorem, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

Admission by the Vice-Chancellor

Melpomene rediviva, quae veras imagines offers ignium multiformium, ex crepusculo novam lucem adducis et ex fortunis hominum nova genera theatrale elicis, ego auctoritate mea et totius Universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

Paraphrase

Yes, to be sure our historians help us make sense of things, but perhaps it is through art and theatre that we may be made to reflect most deeply on the human condition. Well did a Roman playwright, himself a former slave, say ‘I am human, so I think every human affair is my concern.’ Here beside me is one who has with great urgency and power used her talents as writer, director and actor to nurture such understanding. Whether or not the arts need the help of government, she has stressed that government needs the help of the arts. ‘Verbatim’ is the name, and the concept, she pioneered, bringing real life and the heightened life of the stage into new creative partnership. Through her we remember another ‘Corona’ time², and a less-than-angelic city², when communities fell into violent conflict; but she allowed the words and thoughts of individuals from every quarter to speak through her. To tell the story of her country – but let us so consider any country – she has said that you have to tell it through the voice of many people not just of one race, nor just of one gender. But telling, and understanding, are surely not enough. In her acting and her teaching she gives the call for action. Through her ‘Notes from the Field’ let us first see, then aspire to redirect, the ‘schools to prison pipeline’. When she was a schoolgirl, and an aspiring student of linguistics, she wanted to learn every language and thus make the world a better place, but today

I present to you an adult who can do just that through English alone, one whose plays usually start, as she puts it, ‘with outrage, then go through a form of mourning, and then usually end up with love or forgiveness’. Here is Anna Deavere Smith, Professor at New York University, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

Melpomene’s mirror of many fires, who draw new dawn from twilight and new forms of theatre from the affairs of all humans, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

¹ Terence, *Heauton Timoroumenos* 1.1.25¹ The Crown Heights riot in Brooklyn, 1991² The Los Angeles riots, 1992

BARONESS RUTH LISTER OF BURTERSETT

*Haut facile emergunt quorum virtutibus obstat res angusta domi.*¹

Sunt tamen qui vocati se promptos praebeant. Ex agmine succedit femina animo ac manu prompta, quae sedecim annos sociis adiuncta vel etiam praeposita ad egestatem pro iuventute nostra debellandam egregie emersit; quod poeta Romanus scripsit haec ita probatum sensit ut pauci modo potuerant. Ea temperantia quam austero nomine appellatam iactaverunt duces nostri, haec monuit ut nos una conixi ad prosperitatem publicam uteremur. Num tamen aequae omnes tali oneri subiecti sunt? Hodie non praecepta tradere sed officia laudare mihi oratori, saltem Latine loquenti, propositum est; at haec honoranda multa quidem de morum nostrorum, de iurum statu animadvertere potest, neque haec omnino laetos nos audire decet. Ut quae apud academiam agat, scit quomodo ad res definiendas enitatur – paupertatem dico et aequalitatem et humani generis sexus discrimina, et civitatis salutem – et apud conscriptos ordinis superioris et singularis satis bene scit principes nostros et quae edicunt sanciantque lege interrogare. Ne dubitemus quin hoc Thomae illi, quem super revocavi, cordi esset. Sed ante omnia nostra interest hanc honorare quae pro iustitia, pro iuribus aequis, ut ita dicamus, propugnat; iam nunc enim studiosius operam dare volumus quo illi liberalius discipuli educantur *quorum iamdudum virtutibus adeo obstat res angusta domi* ut adhuc etiam cohibiti coerceantur. Legite sultis et quae haec de civibus scripsit, quales simus et quaenam munera nobis iniungantur, etiamque qualesnam ei sint, et qualia eis debeantur, quibus ianua nostra aliquando clausa videatur. Anna enim nostra veris verbis fabularum suarum monet ut hoc rogemus: Quid? Quod tua refert, idem praetermittendum?

Praesento doctorem insignem, scriptorem, vocem rerum publicarum viventem, Margot Ruth Alinam, Baronissam Lister de Burtersett, Excellentissimi Ordinis Imperii Britannici Commendatricem, Academiae Britannicae sociam, apud Universitatem Loughburgensem professorem, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

Admission by the Vice-Chancellor

Vitae communis investigatrix diligens, quae magistratus nostros scrutata interrogat et ad iustitiam pro civibus petendam eos et nos provocas, ego auctoritate mea et totius Universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

Paraphrase

And the call to action has been answered by some. ‘No easy matter is it, anywhere, for a man to rise when poverty stands in the way of his merits,’ says another Roman poet, and here next in our line is a woman who for sixteen years first served and then led our Child Poverty Action Group, knowing this truth as few others have. ‘Austerity’, as she sees it, should surely mean some collective effort in which we all pull together in the common good, but we can hardly pretend that the burden has been equally distributed. The orator’s purpose here, at least in Latin, is not to preach but to praise, but this honorand has much to tell us about the state of human rights in our nation, and much that should cause us some discomfort. As an academic she knows how to look for definitions – of poverty, of equality, of gender, citizenship and welfare – and as a member of our curious Upper House she knows how to hold our government to account for its words and actions; we may be sure that Thomas Jefferson would approve. But above all let us honour one who fights for social justice especially while we strengthen our efforts at this University to promote the education of those able students who for long have faced formidable barriers that stand in the way of mobility and progress. Read also, and digest, what she tells us of the nature and obligations of citizenship – our own identity and our duties, but further than this the identity and the rights of those often apparently excluded. As Anna Deavere Smith’s ‘verbatim theatre’ bids us ask, ‘How can you mind your business at something you need to make your business?’

I present a distinguished teacher, writer and active political voice, Margot Ruth Aline Lister, Baroness Lister of Burtersett, CBE, FBA, Professor Emerita of Loughborough University, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

Rigorous social scientist, effective interrogator and critic of our officers of state, who urge them and us to seek social justice, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

¹ Juvenal, *Satire* III.164f

JEANETTE WINTERSON

Auctorem nunc produco quae ex verbis solutis vere veniustiora texit, quae cognovit parvulos omnes ad unum divinitus inclinatos esse ad beate vivendum, nostri contra esse docere quomodo in miseria versari possimus. Edixit illam aetatem sermone atque litteris feliciter fructam res humanas ad meliora posse educere. Sed cuique nostrum his artibus recte uso vitae velut materiem latiore extendere licere. Fabulis vel carminibus vel disputationibus lectis tantum abesse ut nobis solum facta appareant. Immo mente atque animo imaginibus adhibitis ad veritatem intellegendam nos adduci; ubi felicissime fabulis excogitetur, ibidem vera maxima quidem inveniri. Haec a primis annis sermone ipso ducente viae longae se commisit, iam parvula a versione regis Iacobi scripturae sanctae profecta; neque unquam sermonis ipsius neque narrationum delectatio eam deseruit - verba enim, ut dicit, fabularum modo militanti usui sunt modo amanti. Nos etiam, cum mira huius librorum arte fruimur, in ea transimus quae elaborata elicit, ubi extra cotidiana parumper commoremur. Oxoniae studiosa ubique libros mirata invenit adesse et, quod etiam magis placuit, animadvertit nil opus esse, si quis ex improvise advenisset, libro statim abdito. Oxoniae eam denuo salutantes atque honorantes haud scio an diceremus illos mores adhuc teneri, nobisque adhuc dari libere legere et scribere, alique alium libere colloquentem audire. Certe illas opes sentimus quae ex libris huius aperiantur; posthac tamen aliis etiam fructibus hac scribente datis, nil timendum est ne mox desinamus tali alimento foveri.

Hanc igitur praesento quae fabulis scribendis velut regiones affectuum et motuum animi conceptas parit, Jeanette Winterson, Excellentissimi Ordinis Imperii Britannici Commendatricem, apud Universitatem Mancuniensem professorem, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

Admission by the Vice-Chancellor

Verborum et imaginum creatrix, quae rerum fictarum veritatem et litterarum veras vires praebuisti, ego auctoritate mea et totius Universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

Paraphrase

I now introduce a writer, a poet in prose, who knows that children - indeed all children - are predisposed to be happy; it is we who teach them how to be depressed. And she knows that through the experience of literature and language young people may change the world for the better. But art, in her words, presents for all of us an opportunity to stretch the ordinary material and fabric of life. In reading fiction, poetry and philosophy we find so much more than information, she tells us. Through the inventive imagination we may find truth, for 'the greatest truth', as she insists, 'is in the most feigning.' Her own path in life has been a long adventure in language starting from the King James Bible of her youth, and a continuing delight in words - they can be both weapons and love affairs, she says - and the stories they can tell. In reading her highly crafted books we find for ourselves that place that she wants to create - a place outside the confines of our daily lives. Oxford was for her younger self a place not only full of books but one where, when someone knocks on the door, you need not hide your book under the pillow. Welcoming her back here, and honouring her, may we tell her that it is still such a place, where we freely read, write, speak, and listen? Certainly, it is a place where many of us sense that buried treasure that lies at the heart of so many of her books - but we know that these are 'not the only fruits', for in her case we have no imminent 'sense of an ending'.

I present an author who sees, and creates, in fiction a place of feeling and passion, Jeanette Winterson CBE, graduate of St Catherine's College and Professor at the University of Manchester, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

Conjurer of words and ideas, who show us the truth of fiction and the Power of the Book, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

Degree of Doctor of Science

PROFESSOR DAME SALLY DAVIES

*...crescunt animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi...*¹

Cui poeta quidam noster olim assensit; sed investigatores haec consecuti ita clare dispexerunt ut pro certo habeamus parvula non semper omnino diligenda esse. Iampridem enim, ut haec honoranda admonet, hoc observavit maximus ille Ludovicus, quod quantumvis in timorem haec minutula multiplicata nos obnoxios coniciunt, tantundem hoc solacio nobis oportet esse, quod disciplinae nostrae non semper hostibus huius generis cedere cogentur. Quam spem tamen etsi trimuviri olim insignes erexerunt, simul monuit primus eorum ne mirifica quidem medicamenta in aeternum valere posse. Haec enim quae bacteria vocamus cum minuscula sunt tum callide ac constanter militant – ita saltem similia videntur eis quae apud nos ‘viri’ nomine fruuntur – ut nunquam nisi sollertia adhibita munimenta eorum refracturi simus. Ecce incurrit investigatrix artis medicinae perita, quae moleculas falcatas victrix debellavit, quae ingenio ac verbis usa ad hostes gravissimos exsuperandos nobis subvenit. Sicut temporibus ac locis mutantibus obstamus ita cum has moleculas hostiles repugnamus, prospere quidem gerentes, ut dicit, nova pericula solemus allectare. Attamen et officiis functa et peritia scienter freta haec advertit nos omnes una cum peritis nitentes minis huic orbi imminetibus posse obsistere. Ceterum pericula ubique adstantia respicientes et nos et eos qui res nostras regunt, quippe qui sciamus quid iam accidat, animo firmo ac vigilantibus obviam ire debemus. Scilicet hac ducente collegae et discipuli Cantabrigienses semper clarius percipient summi momenti esse salutem ipsorum et reipublicae et populorum omnium, nec quicquam inter bona nostra pluris esse pendendum.

Praesentatam accipe, quaeso, inter fidicines violam, medicam insignem, publici consilii atque administrandorum auctorem, veram denique doctorem, Sally Davies, Honorabilissimi Ordinis de Balneo Magnae Crucis Dominam Commendatricem, Regiae Societatis sodalem, apud Universitatem Cantabrigiensem Collegii Trinitatis Magistrum, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Scientia.

Admission by the Vice-Chancellor

Ictu certa artium Apollinis vel canendi vel sanandi, quae ad medicinam et educationem spem rationemque confers, ego auctoritate mea et totius Universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Scientia honoris causa.

Paraphrase

‘The microbe,’ said an Oxford poet of a bygone age, ‘is so very small you cannot make him out at all.’ But scientists have made him out all too clearly, and have seen that small is not always beautiful. Long ago, as our honorand reminds us, the great Pasteur observed: ‘If it is a terrifying thought that life is at the mercy of the multiplication of these minute bodies, it is a consoling hope that science will not always remain powerless before such enemies.’¹ But such hope, so signally reaffirmed by Fleming, Florey and Chain, carried a warning from the first of that Oxford trio, that even wonder-drugs might come to be ineffective. For all their minuteness, bacteria are cunning and steadfast tacticians – this much at least they have in common with viruses – and human ingenuity will always be needed to break their defences. Here is a researcher and clinician, a tested warrior against the sickle cell, who has used both intellect and persuasion to assist our struggle with formidable foes; antimicrobial resistance, she tells us, is like climate change in that we are victims of our own success. Nevertheless, as public officer and scientific authority she has counselled us that with action on the part of scientists and of every one of us, we can confront the global threat. But in the face of danger we and our governments must react vigilantly and decisively when we ‘know what is happening’ in the world around us. We may be sure that Cambridge students and colleagues will be increasingly appreciative of their own health, and that of public and the world, as the most precious of human assets.

I present a violist, a doctor, a guide in public and government policy, a true educator, Sally Davies, Dame Grand Cross of the Order of the Bath, Fellow of the Royal Society, Master of Trinity College, Cambridge, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Science.

Sure-aimed adjutant of Apollo’s musical and healing arts, voice of reason and hope in medical and educational progress, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Science.

¹Varro, *De Re Rustica* I.12

¹*Germ Theory and Its Applications to Medicine and Surgery*, 1878 (Transl. E C Ernst)

2 Encaenia

The Public Orator delivered the Creweian Oration:

Public Orator: Insignissima Vice-Cancellaria, licetne anglice loqui?

Vice-Chancellor: Licet.

Public Orator: Gaudeamus igitur!

*Wundor is tó secganne
hú mihtig god manna cynne
þurh sidne sefan snyttru bryttað
eard ond eorlscipe- hé áh ealra gewæld.*

